UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Reis postulatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

LEX II.

CUm ob prouecte. Miſſus cauſarie ante finem militie conſequitur immunitatem a muneribus, non tamen habet priuilegia veteranorum, hoc dicit. De quo priuilegio habemus rubricam, ff. de priuile. vete. ⁊ hec lex habet locum in militibus templi.

ADDITIO.

1 ANG. ¶ In text. ibi plena. † Not. qd non dicitur eſſe plenum, niſi id, quod naturaliter plenum eſt, non autem id quod impletur per diſpoſitionem iuris. l. fi. ſ. de his qui venia eta. impetrauerũt.

LEX III.

VEteranis. Duobus modis legitur hec lex. ¶ Primo ſic dicit, Priuilegia veteranorum conſequitur, qui viginti annis militauerit in legione, vel vexillatione, ſecus ſi in cohorte. Ad euidentiam premitte quod eſt differentia inter alam, cohortem, ⁊ legionem. l. ij. §. exercitum. ⁊ ibi not. ſ. de his qui not. infa. hoc premiſſo caſus eſt clarus. Sed hec lectura non placet, quia non poteſt militari in legione, quin militetur in cohorte, cum legio in ſe cohortem cõtineat. Unde pone caſum ſecundum aliam lec. ſecundum quam h. d. Qui xx. annis militauerint in legione, vel vexillatu, ille priuilegia veteranorum cõſequitur, ⁊ ideo qui in cohorte militauerit, non habet neceſſe hoc a principe impetrare.

Quibus muneribus excuſantur ij, qui poſt impletam militiam vel aduocationem per prouincias ſuis commodis vacantes commorantur, & de priuilegiis, & de conductoribus vectigalium fiſci. Rub. LV.

ADDITIO.

ANG. ¶ In rubrica de primis partibus rubrice nigrũ non tractat ſed tantummodo de conductoribus vectigaliũ, ⁊ ſic de vltima parte. † ⁊ ſic facit q. coniuncto nigro, quod ſi in ſtatutis reperiatur aliqua rubrica concedens aliquod priuilegium, preſupoſito quod nigrum non faciat aliquam mentionem de eo in tex. tamen virtus rubrice eſt tanta ꝙ illud priuilegium conſequatur ille cui conceſſum eſt. ¶ Pro hoc facit gl. que in proemio ſexti. vbi
2 gl. dicit rubricas eſſe de text. ⁊ ideo † qui promiſit text. ſcribere, tenetur etiam ſcribere rubricas *. Adde que dixi in aut. de inceſt. nupt. vbi de hoc.

* ¶ Rubricas. Adde Feli. in rubr. de accuſ. circa princ. ver. vtrũ autem. cum ſeq. Tu vide ad hoc Bald. in rubr. ſ. an ſer. ex ſuo fa. do. Iaſ. May. poſt Aret. Alexan. ⁊ Scriben. in l. j. ff. ſi cert. pet. ⁊ ipſum Inſti. de act. in rub. c. j. nu. j. ⁊ ꝙ ibi poſui in addit. ad ipſuʒ in verſi. ſunt autem tales, extra vt lit. non conteſta. poſt Pa. in proe. rex pacificus. nu. ij. in verſi. rub. poſt Phili. Fran. in proe. §. ſane. nu. vij. in verſi. in decretis. lib. vj. ⁊ not. Feli. c. i. ver. que ſunt rubrice, ⁊ c. ex parte. verſi. que ſunt in decretis, extra de reſcri. lib. vj. Panor. conſi. xvj. vol. ij. ⁊ Rom. conſi. ciiij.

LEX VNICA.

NOn alios. Principales cõductores nõ conductores conductorũ vectigalium habent immunitatem. h. d. Not. qd hi
1 qui conducunt vectigal publicum habent immunitatem. Item qd hec dictio haud. ponitur pro nõ
2 vt hic. Sed † ⁊ tunc debet eſſe cum aſpiratione, de quo tangitur per gl. ff. de ſolu. l. j. ſuper verſi. controuerſia. ⁊ in corpore de non alien. §. ſi vero in perpetuum verſi. iiſdem penis.

De libertinis. Rubr. LVI.

LEX I.

COnditio. Libertini non habent excuſationem a muneribus. h. d. Sed opponitur. ſ. ſi ſeruus vel liber ad dec. aſpir. l. j. Solu. ad honores ⁊ dignitates non poſſunt vocari vt ibi, ſed ad munera, ⁊ ad alia grauamina bene poſſunt vocari.

De infamibus. Rubr. LVII.

LEX VNICA.

INfames. Perſone infames remouentur a
a dignitatibus. [a] non a muneribus
1 realibus, vel perſonalibus. h. d. † Et per hanc legem dico quod licet quis fuerit cõdemnatus de falſo, propter quod deſinit eſſe nobilis ex aliqua lege vel ſtatuto, tamen adhuc remanet nobilis quantum ad maioritatem penarum, ⁊ ad ea in quibus nobiles magis grauantur quam plebeij, de quo dixi in
b l. j. j. de digni. [b]

ADDITIONES.

a A dignitatibus. Adde Ludo. in ſing. ver. infamia. verſic. quero nunquid. Unde dicitur infamẽ ſuſtinere in dignitate peccatum eſt, in Spec. in titu. de diſpo. §. iuxta. ver. infamis enim. ⁊ Adde Paul. de Caſt. in conſil. cxcvj.

b ALEX. ¶ Uide Bart. in l. j. j. de digni. Et idem dicebat Rom. in l. ſi quis in graui. §. de his. ff. ad Syl. quod vbicunque aliquis magnus nobilis efficitur ex forma ſtatuti popularis, prout eſt Florentie, quod dicitur amittere nobilitatem quo ad commoda, non quo ad incommoda, ⁊ ideo ſi delictum committeret, puniretur vt nobilis, quod ſequitur Aret. in ſuis maleficijs. ver. in caſum Sempronij. Alex.

De reis poſtulatis. Rubr. LVIII.

LEX VNICA.

a **REos criminis.** [a] Pendente proceſſu criminali non poteſt quis ad honores vocari. hoc dicit. Facit ff. de mune. ⁊ honorib. l. reus delatus.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Limita tamen hanc l. vt per Hoſti. ⁊ Io. Andr. in c. minimus. de accuſ. per text. in c. omnipotens. eo tit. ⁊ facit pro determinatione. q. Bald. in rub. de condi. ob tur. cau. ⁊ vide Ro. in litera o. not. xxj.

De his qui in exilium dati, vel ab ordine moti ſunt. Ru. LIX.

¶ Super rubrica dic vt plene examinaui. ff. de his qui not. infa. l. quid ergo. §. pena grauior. ⁊ etiam in gloſ.

LEX I.

1 **QUibus.** † Ro. hanc l. ex qua no. quod confina
a ti [a] nõ poſſunt eligi ad honores durante tempore confinationis, ⁊ hanc l. vidi examinari de
2 facto quando † quidam doctores fuerunt cõfinati Bononie, reuocati per dom. Hoſti. legatum qui fuerunt in matricula doctorum de collegio, an poſſint eſſe de collegio, ⁊ priuilegium collegij habeant vel conſequi poſſint. Dic ꝙ non, vt hac l.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Confinati frangentes confinia an pena mortis ſint digni? Dic ꝙ non, vt per gl. ⁊ Bald. inſti. quib. mo. ius pa. po. ſol. §. ſerui autem, ⁊ qua pena puniantur, vide in §. quiſquis in l. aut. facta. de pen.

De filiis famil. & quemadmod. pater pro eis teneatur. Rubr. LX.

2 ☞ Conſentire quando quis dicatur ex ſola preſentia.
3 Pater conſentire poteſt filio per epiſtolam, ⁊ conſentiendo obligatur inſolidum, non conſentiendo obligatur de peculio.
4 Pater qui adoptat illũ qui fact⁹ eſt decurio, dicitur ei cõſentire.
5 Pater ratione conſenſus quando obligetur pro filio reipublice ⁊ priuatis.

LEX I.

PAtrem. Qui cõſentit decurionatui filij emancipati nõ obligatur. ſecus ſi ille fili⁹ erat in poteſtate, ⁊ ille videtur cõſentire qui nõ diſſentit. h. d.

ADDITIONES.

1 ANG. ¶ † Not ex hac lege quod conſenſus in hoc articulo indu
2 citur eo ipſo ꝙ quis non contradicit † interdum non dicitur conſentire, niſi expreſſe conſentiat preſuppoſito quod actui ſit preſens, ⁊ ſe ſubſcribat tanquam teſtis. l. Caius. de pig. actio. ⁊ ibi not. de re. alie. non alie. l. diſtrahente. ⁊ hoc vbicunqʒ actus qui contrahitur exerceri poteſt me inuito, tunc ſi ſum preſens, non videor conſentire, vt no. in l. Caius. Item videtur quis conſentire vbicunqʒ actus qui geritur tendit in fauorem tacentis. * ¶ Tacentis. adde Fel. in c. nonne. de preſu. in ver. in glo. ſi cum plu. ver. ſe. * l. ij. §. volũtatem. ſol. ma. ⁊ plene per Dy. in c. qui tacet. de reg. iur. in vj. ſed vbi tendit in odiũ, nõ intelligitur cõſentire, vt d. l. ſed lit fauore reipub. vt hic, ⁊ ff. de decurio. l. honores. §. fina. poterit
3 † etiam pater conſentire filio per epiſtolam * Per epiſtolam. Tu dic verum ſi filius eſt maior xxx. ann. alias requiritur, qd preſens conſentiat. Ita fin. dicit Bal. in aut. cauſam que ver. extra querit hic Pet. C. de epiſc. ⁊ cler. Adde Lud. pon. in fin. ver. cõſenſus ſ. gl. ordi. * vt d. l. honores. ¶ Item conſentiendo obligatur inſolidum l. ſi filiuſfa. de admi. re. ad ciui. perti. nõ cõſentiẽdo obligatur de pecu